

et Udene, si questo anno come uno altro per ducati 16 mila, con li qual la Signoria vederà servirse con zivanse su Rialto, et farli partide di bancho etc., et fo dato el cargo de questo a li Cassieri.

Item, preseno sier Domenego Capello qu. sier Nicolò creditor dil suo impresto, e dil venir dil suo fiol a Consejo, zercha ducati 1000; vol dar al trattanti et aver una partida di banco, termine do anni, et in questo mezo venir in Pregadi. *Item*, fo anulato quello fu preso a di 10 nel Consejo di X predito, *videlicet* che sier Valerio Marzelo, è prevededor a la Zefalonia, prestando ducati 100 in temene di zorni 4 possi compir il suo rezimento, non obstante intachasse el tempo, etc. Hor non havendo li soi pagà li danari, fo tajà dita parte, et questo perchè è alcuni vol dar ducati 1500 per dito rezimento, *licet* sier Piero Foscolo electo suo successor ancora non sia partido.

54¹

Die 22 Octobris 1516, in Rogatis.

Ser Johannes Delphinus et ser Laurentius Aurio domini advocatores communis extraordinari, absente ser Marco Foscaro tertio eorum collega, qui post placitacionem tunc per eum factam defessus discesserat.

Si videtur vobis per ea que dicta et lecta sunt, quod procedatur contra hunc nobilem virum ser Johannem Emo ser Georgii procuratoris olim camerarium communis, absentem sed legitime citatum super scalis Rivoalti.

De procedendo	168
De non.	5
Non sincræ	1

Serenissimus princeps et Advocatores supra scripti.

Volunt quod iste ser Johannes Eno sit perpetuo confinatus et relegatus in civitate nostra Cretæ, et quod in termine unius mensis proxime venturi debeat se personaliter presentasse omni remota excusatione ad carceres nostras Venetiarum, ad requisitionem Advocatorum nostrorum extraordinariorum, qui per primum sufficiens passagium illum mittere debeat ad dictum suum confine: debeat se bis in ebdomada presentare rectoribus dictæ

civitatis nostræ, sub pena standi per sex menses in carceribus clausus pro qualibet vice qua non paruerit. Et nunquam possit quoquo modo gaudere aliquo privilegio, provisione, emolumento, officio, seu beneficio ullo Domini nostri, debeat in dicto termino mensis unius ad officium predictorum Advocatorum nostrorum præstare idoneam et securam fidejussionem, aut assecurare dictum eorum officium in tot bonis liberis et expeditis pro summa ducatorum octo millium pro solvendo et satisfaciendo juxta formam legum id totum quod malo modo accepit et in se aut alias quomodolibet convertit, contra formam legum tam de pecuniis Domini nostri quam specialium personarum, et tam pro his quæ hactenus habentur quam quæ in posterum haberentur, prout liquidatum et declaratum fuerit per ipsos Advocatores nostros extraordinarios. Verum, si ipse ser Johannes in dicto termino mensis non venerit ad se præsentandum carceribus nostris et non prestiterit fidejussionem suprascriptam aut assecuraverit ut supra; vel si venerit et non dederit ipsam fidejussionem et assecuraverit ut supra, et postquam missus fuerit ad dictum confine illud fregerit, in his causibus et quolibet eorum sit et esse debeat perpetuo bannitus de Venetiis et districtu et de omnibus terris et locis Domini nostri, tam a parte terræ quam maris, de his etiam qui recuperarentur et de novo acquirerentur, ac 54¹ de omnibus naviis armatis et disarmatis. Et si in casu inobedientiae et contrafactionis predictæ captus fuerit et datus in vires Domini nostri; ponatur hic Venetiis in carceribus nostris clausus, in quibus finiat vitam suam, et habeat qui illum ceperit et consignaverit in forcias Domini nostri, ducatus mille quingentos de bonis suis si haberi poterunt: sin minus de bonis Domini nostri. Verum si fregerit carceres, et inde aufugerit, remaneat similiter bannitus de omnibus terris et locis Domini nostri, cum modis omnibus, conditionibus et talea suprascriptis, et si ullo tempore captus erit et dabitur in vires Domini nostri, ponatur in carcere forti clausus cum compedibus ferreis ubi quomodo finiat vitam suam. Et hoc totiens quociens. Et de predictis omnibus et singulis vel aliquo predictorum non possit fieri aliqua gratia, donum, remissio, suspensio, interpretatio seu declaratio ipsi ser Johannes vel alieni alteri pro eo aut quod possit ipse ser Johannes aliter audiri, sub pena ducatorum mille auri ultra penas contentas in parte nova contrabannorum pro quolibet ponente vel consentiente partem in contrarium. De qua pena non possit contrafacentibus fieri ali-

(1) La carta 53^a è bianca.